



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

v Quid si aranea. musca. vel aliquod tale huiusmodi casualiter ceciderit in sanguinem christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

scriptio sacramenti ad minus in aliqua parte. quod eauerit detet fieri possit. si procedat sine admixtione aquae. Admissio enim aquae non est de necessitate consecrationis sed consecrantis.

Dubium

Sol. Ulrum sacerdos semper teneatur sumere sanguinem. Quotiescumque consecrat tenetur sumere. nisi irremediabile impedimentum superueniat. Si autem aliquis sacerdos non celebrans communicando sumat corpus christi. talis non detet sanguinem sumere. sed vinum non consecratum post sumptionem corporis.

Sol. Quid agendum est si sacerdos ex quacunque causa non possit sumere vinum. et ita etiam negare sanguinem sumere valeat. Si sacerdos sciat vel probabiliter timeat quod non possit absque naufragio et periculo vomitus vel alio inconveniente tantum vini sumere quantum ad consecrationem necessarium est non detet celebrare. Et si missam inceperit et nondum consecraverit corpus incepit deserat. Si autem post consecrationem corporis et ante consecrationem sanguinis sentiat vel timeat se non posse sumere sanguinem. propter naufragium ex inspectione vel odore vini consecrandi vel alio huiusmodi accidente non detet consecrare sanguinem. si debet procedere sicut in illo casu ubi post consecrationem panis calix deprehenditur vacuus vel liquore non consecrabilis paratus. et non potest vini debitum haberi ad consecrandum. put tactum est superius articulo quarto in solutione secundi dubij. Si vero post consecrationem sanguinis et recipue circa tempus sumptos eius hoc sentiat vel timeat. tutius est quod non sumat. sed reverenter atque diligenter reseruet usque ad proximam celebratem. in qua post sanguine tunc consecrari et sumptu sumat illud sanguinem referuatum.

Dubium

Sol. Quid agendum est si cum sumi debet sanguis species vini sit congelata ita quod non debite possit sumi. Fiat resolutio aliquo modorum superius factorum circa. piii. dubii articuli quarti. hoc tamen obseruato quod nullo modo superinfundatur vini calefactum. eadem ratione quia non debet admiseri aqua vino consecratio. ut circa pimum dubium huius articuli dictum est.

Sol. Quid agendum sit. si musca aut aranea vel aliud huiusmodi ciceriter in sanguinem. Animal illud caute debet capi. et diligenter lavari et ciburi. et ablutio cum cineribus in sacrarii mitti. Et si absque horrore et periculo sumi possit. sanguis sumatur in ore consueto. Si autem propter horrorem vel periculum vel timorem vomitus sumi possit. tunc debet effundiri aliud vas ad hoc aptum. et cum reliquis reseruari. Nihil enim abominabile sumi debet occasione huius sacramenti. Et tunc ne sacramentum maneat imperfectum debet aliud vinnum aqua mixtum in calice poniri et ultius procedi eo modo quo superius circa secundum dubium articuli quarti expressum est finis quod anno vel post sumptionem corporis hoc deprehendatur.

Sol. Quid agendum sit si sacerdos ante sumptum sanguinis depres-